Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Cm

109

Oratio quæsumus omnipotens deus. ut illuc nostre mentis intentio ad quo sollicitatis ventura gloriosus auctor ingressus est semper intendat. et quo fide pergit cum gaudio prosequatur. P.

Lectio. Vnicuique ad ephesios. Gratia autem data est gratia secundum mensuram donationis xpi. propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. dedit dona hominibus. Quod autem ascendit quid est nisi. quia et descendit primum ad inferiores partes terre. Qui descendit ipse est. et qui ascendit super omnes celos ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos. quosdam autem prophetas. alios vero euangelistas. alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii. in edificationem corporis xpi. donec occurramus omnes in unitatem fidei. et agnitionis filii dei in ingenium ætatis plenitudinis xpi. Alla. V. Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Et cum. Iubilationis. Rec in vigil. palmarum et finit. Et ego ad te venio. Offert.

Viri galylei quid admirantes aspicientes in celum hic iesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum alla. Sacrificium tibi domine pro filii sacri.

tui supplices venerabili gratia pueniamus nunc ascensionis diem celebrantes pro qua nos per proprium filii sacrificium cum mercy ad celestia consortia mereamur. P. Com.

Pater cum essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti mihi alla nunc autem ad te venio non rogo ut tollas eos de mundo sed ut serues eos a malo alla alla. Postcom. Tribue quesumus domine ut phoe sacra que sumpsimus illuc tendat unde descensionis ac fertus quo tecum est nostra substantia. ipsis omnis nos. Qui te.

In die sancto. Officium.

Viri galylei quid admirantes aspicientes in celum alla quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum ita veniet alla alla alla. Ps. Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Gloria. Oro.

Omnipotens quesumus deus. ut qui hodierna die unigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos ascendisse credimus ipsi quoque mente in celestibus habitemus. P. Lon.

Dominum quem actum apostolorum sermone sen de omnibus